


Enviado 6

Caixa VII

N. 11

Copia do Breve do Papa Bento XIII
de 20 de abril 1726 -
que começa - Exponi nobis etc -



BREVE (19)

In Nomine Domini Amen

Cunctis ubique pateat evidenter, et sit notum quòd Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1726 die vero 31 Augusti Pontificatus autem Smi Dni nri **Benedicti** divina Providentia **PP XIII** anno ejus tertio Ego Notarius publicus infrascriptus vidi legi et diligenter inspexi quasdam litteras Apostolicas in forma Brevij sub annulo Piscatorij expeditas sanas et integras tenoris ut sequitur

Incipit publica extractio hujus Brevij Sanctitatis sue favore Eclesie Sancte Marię Lauretane Nationis Italę in Civitate Ulybonensi

BENEDICTUS XIII

Ad perpetuam rei Memoriam

I. Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filij Provisor, Officiales, et Fratres Confraternitatis Eclesie sub Invocatione Sancte Marię de Laureto Nationis Italę in Civitate Ulybonensi canonice / ut aperitur / erectę quod alias nempe usque de Anno 1518 Universitas Mercatorum ejusdem Nationis quędam situm prope et extra Męnia et Portam Sanctę Catharinę dicte Civitatis emissent, situm prefatum donatione irrevocabili inter vivos donavit tunc existentibus Capitulo et Canonicis Eclesie Sancti Joannis in Laterano de Urbe, qui per eorum patentes litteras eidem Universitati facultatem erigendi in ejusmodi situ unam novam Ecclesiam sub prefata invocatione cum omnibus et singulis membris, domibus ac necessariis habitationibus concesserunt cum amplissima facultate postquam dicta Ecclesia edificata fuisset, ut unam Confraternitatem laicorum unum aut plures Capellanos ad eorum nutum amovibile, instituerent possent, iidemque Capellani sacramenta administrare, Missęque ac divina officia absque ulla Ordinaris ejusque locum tenentium licentia celebrare, ac etiam cum solemnibus pompis processione et cruce elevata Defunctorum Confratrum Capituli et immediato sub

Tenor dicti Brevij per extensum in quo continetur riva enunciatur emptio cujusdam fundi facta a Negotiatoribus Italibus de Anno 1518
Dicitur Fundi donatio favore Smi Capituli Lateranensis
Facultas concessa a prefato Capitulo in vim Constitutionum Apostolicarum fabricandi in eodem situ unam Ecclesiam sub invocatione Sancte Marię de Laureto exemptam a jurisdictione Ordinarii et immediato sub

subjectam Sancte
Sedi Apostolicę

Cadavera in eandem Ecclesiam ad sepulturam transferri valerent absque
licentia pariter Ordinarij Vigicensi ad similitudinem alia-
rum Ecclesiarum Parochialium Curie Romane et cum subjec-
tione Capitulo et Canonicij ac Romano Pontifici pro tem-
pore existentibus sub annuo et perpetuo Canone et recogni-
tione unam mediam libram cere Albe elaborate singulis
Anni in eadem urbe solvendi, ac singulis quindecim An-
ni Confirmationem et renovationem prefati Privilegij peren-
di.

Confirmatio prius
concessa a S. M.
Leone X et deinceps
expedita a S. M.
Clemente VII. de
anno 1523.

2 **Quę** quidem litterę patentę Concessionis hujusmodi suscep-
tive a fel. record. **Leone X** Predecessore Nostro per suas
litteras confirmate et approbate, illique superveniente illius
obitu minime expeditę postmodum scilicet Anno 1523
a pię Mem. **Clemente PP. VII.** pariter Predecessore No-
stro renovate et de novo concessę fuerunt addita facultate
construendi in dicta Ecclesia Campanile cum Campanij
et Cemeterio, ac erigendi Fontem Baptistalem cum
omnibus prerogativis Ecclesijs Parochialibus concedi con-
suetę

Et demum enuncian-
tur alię litterę paten-
tes a dicto Capitulo
expeditę de Anno
1674 approbative
reedificationis in eo-
dem solo Lateranens.
novę Ecclesię hoc inte-
rim in cinerem redactę
ob incendium casuale
cum dicta exemptio-
ne a jurisdictione Or-
dinarij et subjectioni
Sanctę Sedi Apostolicę

3 Porro cum anno 1651 predicta Ecclesia cum omnibus
Edificijs suppellectilibus Sacris, et Archivij occasione casualis
Incendij in cinerem redacta fuisset, iidem Mercatores Itali-
cę proprio eandem Ecclesiam non solum reedificari, sed
etiam cum majori decore, et Magnificentia in eodem solo
Lateranensi, et cum eadem subjectione prefati Capitu-
lo et Canonicij ac jurisdictione immediata huic San-
ctę Sedi ampliari curarunt novęque patentę litteras
anno 1674 a memorati Capitulo et Canonicij sibi con-
cedi obtinuerunt prout in illorum ac Leonis et Cle-
mentis Predecessorum litteris continentur, tenoris
qui sequitur Videlicet.

4

Capitulum & Canonici

**Sacrosanctę Lateranensij Ecclesię Omnium
Urbis et Orbis Ecclesiarum Matris et Caput**

Dilectis Nobis in Xto Nobilibus Viris Mercatoribus,
et Confratribus Confraternitatis Italorum in Civitate Ulisbo-
nensi Commorantium Salutem in Domino sempiternam
et sinceram in eo Charitatem

Tenor max dictarum lit-
terarum potentium S^mi
Capituli Lateranensij ex-
peditarum de dicto anno
1678 ut supra memorat.

A Ordinariam In Ecclesias, Capellas, Hospitalia aliisque
loca pia in solo ac fundo Sacrosanctę Lateranensij Ecclesię con-
structa et erecta sive eidem unita et membra de ejus Corpore
affecta potestatem ex benignitate Sedis Apostolicę obtinentes cir-
ca earum statum meditationis Nostrę considerationem pro
pensius adhibere nos convenit, et ea que ad decus et exalta-
tionem earundem per Nos, seu Predecessores nostros conce-
sa fuisse reperimus, ut omni prorsus dubio crescant et illi-
bata perpetuo subsistant innovare approbare et confirma-
re prout in Domino conpiciimus salubriter expedire

Ordinaria potestas dicti
Capituli a Sede Apostolica
obtentis in loca pia etc.
in fundo Lateranensi erecta
innovandi approbandi et con-
firmandi eaque ad mun-
decus concessa reperimus
a Predecessoribus suis.

B Cum igitur pro parte vestra Nobis expositum fuerit quod
aliqui Mercatores Itali, et Confratres Predecessorę vestre Ecclę-
się seu Capellam sub invocatione Sanctę Marię de Saurę
to cum omnibus Membris et officinijs necessarijs, et Opportunijs
in quoddam Fundo seu Pętio terrę posito extra et prope Męnia
Civitatis Ulisbonensij juxta ejusdem Civitatis portam que
dicitur Sanctę Catharinę prius a prefatis Mercatoribus no-
strę Sacrosanctę Lateranensij Ecclesię et Nobis donatione
perpetua, et irrevocabili donato edificaverint et a funda-
mentis extruxerint atque in ea Confraternitatem fai-
corum sub nomine S^mi Sacramenti cum Capellanijs a-
lijsq. Omnibus in divina officia et Sacramentorum admi-
nistrationem necessarijs, sub omnimoda tamen et privati-
va et immediata jurisdictione Sanctę Sedis Apostolicę
et nostra, atque ab Ordinaria omnique alia jurisdictione
penitus exemptam instituerint et ordinaverint vigo-
re facultatum et Privilegiarum a Capitulo et Canoni-
cis predecessoribus nostris eis concessorum sub annuo et
perpetuo Canone ac recognitione unius Medię libię &c.

Contenta in petitione
narrantur jam perae-
ta vigore litterarum
potentium predicti
Capituli de anno
1518

Cere albe elaboratę hic in Urbe Roma in manibus pro tempore Camerarij
nostri singulis Annis in Vigilia Nativitatis Sancti Joannis Baptę
Solvendi, ac sub onere petendi ac obtinendi a Nobis in singulis
quindecim Annis hujusmodi Privilegiorum renovationem et confir-
mationem alia concessorum prout latius in litteris sub die 8 Aprili-
lis 1518 seu alio veriori tempore desuper expeditis continetur
quarum tenor talis est videlicet.

Capitulum et Canonici

Sacrosanctę Lateranensis Ecclesię Dilectis Nobis in Xto

Tenor litterarum dicti Nobilibus Viris Mercatoribus et Confraternitati Italorum
Capituli predictarum pa- in Civitate Mlybonensi Commorantium salutem ac
tertium ejusdem Anni sinceram in Domino charitatem

1518 ut supra Memorati

Causa per quam
Oratores merentur
attendi contenta in
petitione

C Sincere Devotionis affectus quem vos apud nostram
Sacrosanctam Lateranensem Ecclesiam, et Nos gerere com-
probamini non indigne meretur ut vestri votis per que divi-
ni cultus suscipiat incrementum quantum ex benignita-
te Sedis Apostolicę possumus favorabiliter annuimus.

Vos in quodam &

D Exhibita quidem pro parte vestra petitio conti-
nebat: Vos in quodam Fundo vestro seu petio terre sito
extra et prope męnia Mlybone justa ejusdem Civitatis
portam que dicitur Sanctę Catharinę per Venerabilem
Virum Petrum de Bergozola Clericum Cremonensem
Comitem Palatinum Procuratorem vestrum Ecclesię
Nostrę Capitulo, et Nobis donatione que dicitur inter
Vivos irrevocabili ut in Mandatis desuper confectis et
in Archivio nostro asservatis et retentis plenius conti-
netur nuper vestro nomine donato unam novam Ec-
clesiam seu Capellam sub Vocabulo Sanctę Marię
de Laureto cum omnibus et singulis Membris Offici-
nijs Domibus, et habitationibus opportunis necessa-
rijs et consuetis fundare erigere atque edificare, et
in ea se, et postquam edificata fuerit Confraterni-
tatem laicorum instituire, et ordinare Cappellanum
unum vel plures ad vestrum et successorum vestro-
rum nutum, arbitrium, et voluntatem ponere et
amovere, qui omnia et singula Ecclesiastica Sa-

Sacramenta ministrent, Divina officia, Ceteraque necessaria celebrent, et faciant libere et licite absque alicujus Diocessani vel ejus locum tenentium licentia cum omnibus et singulis gratijs et favoribus similibus concedi solitis et consuetis, et propterea ut ad hujusmodi vestrum desiderium accedere dignavimus humiliter supplicari fecimus.

E Attendentes **NOS** itaque opus hujusmodi futurum X^{ti} Fidelibus non inutile per quod divini cultus honor augetur, et Fidelium populorum devotio procuretur una cum Am^o in X^{to} Patre et X^{ti} Jacobo Maritano Am^o in X^{to} Patrij et X^{ti} Alexandri Sancti Eustachij S. P. E. Diaconi Cardinalij de Fornerio ex dispensatione Apostolica Archiep^o favoreant, in spiritibus Vicario Capitulariter congregati ad ionum Campanie die hora et loco solitis et consuetis de More Vobis prefatis Mercatoribus, et Confratribus Italorum in Civitate Nisibonen^{si} manentibus unam novam Ecclesiam seu Capellam sub Vocabulo Sancte Marię de Laureto cum Campanili Campanij Cemeterio, Altaribus Fonte baptismali, et alijs omnibus et singulis membris, Officiis, domibus et habitationibus opportunis necessarijs et consuetis fundandi erigendi et edificandi, et in ea si et postquam edificata fuerit Confraternitatem laicorum instituendi et ordinandi et recipiendi, nec non Capellanum seu Capellanos unum duos vel plures prout videri fuerit expedire ad vestrum et successorum vestrorum nutum arbitrium et voluntatem ponendi et amovendi,

I **Qui** de licentia et auctoritate omnia et singula Sacramenta Ecclesiastica ministrent, Missas et alia divina officia celebrent, Confessiones audiant, Confessores debita salutarique Penitentia injuncta absolvant, infirmis Confratribus Eucharistiam et extremam unctionem, et alia similia necessaria et opportuna exercent, et ad domos ad Defunctorum Confratrum corpora seu cadavera deferenda cum Cruce, Processione et solemnij pompa procedant absque licentia et requisitione aliquorum licite ac libere premissa, et alia que ex qualia fuerint ad usum

Causa petitioni
annuendi

Concessio Novę Ecclesie edificandę uniusque vel plurimum Capellanorum introdu-
cendorum amovibilium

Enumerantur vero que a predictis Capellanis agenda et facere possint Ordinarij licentia minima requisita, sed in Vigore auctoritatis Ordinarij predicti Capituli Nisibonen^{sis}, quorum Ecclesia Confraternitatis et Capellani sub sunt immediata jurisdictione

et similitudinem aliarum Ecclesiarum etiam Ravennatum et in
Romana Curia existentium auctoritate nostra ordinaria possint
et valeant, liberam et exemptam Nobis et Romano Pontificatu-
rum subjectam cum omnibus et singulis gratiis, favoribus, im-
munitatibus exemptionibus, libertatibus, indultis et indulgentiis
gratiore concedimus reservamus et largimur.

Memoratur censuram in
singulis annis medietate
Censuram solvenda et privi-
legiorum renovationis
obtinenda in singulis
15 Annis perpetuis pen-
itentiis temporibus

C Volumus autem pro recognitione soli et Dominicij
nostri annis singulis medietate Censuram albe laborate hic in Urbe
Roma in Manibus pro tempore Comensariorum Nostrorum Cano-
nicorum solvere et in singulis decimo quinto Anno hujusmo-
di Privilegij Renovationem a Nobis obtinere teneantur,
et Successores Vestri in perpetuum teneantur.

Concessio primarij lapidis
benedicendi et Ecclesie post
edificatam consecrande

III Et quoniam in hujusmodi fundatione Benedictio pri-
marij lapidis, et pro Ecclesia ipsa edificanda fuerit illius conse-
cratio necessaria requiratur cuicumque Venerabili Presbi-
tero quoad primarij lapidis benedictionem et Amo Anti-
stite quoad consecrationem, gratiam et communionem Sedis
Apostolicę habenti quos duxeritis requirendos et quos per
presentes gratiore requirimus, et ad hujusmodi Opera obre-
quenda omnimodas Nostros Vices, et facultatem Radimus.

Concessio Indulgentiarum
pro quibus ad edificandam
et ornandam Ecclesiam ma-
nus suos porrigentibus cer-
tatem maiori abundantia
se haberent

II Et ad hujusmodi Ecclesiam edificandam Cali-
cibus, et alijs Ecclesiasticis Ornamentis decorandam, et libentius
Christi Fideles manus porrigendi adiutores, quos ex hoc dono
Celestis gratię uberius contulerint se esse reflectos per pre-
sentes omnibus et singulis tam Confratribus quam alijs utrius-
que sexus pro hujusmodi edificatione et ornamentis grata
impendentibus subsidia, et postquam Ecclesia ipsa edificata
fuerit eandem devote Visitantibus in singulis Festivitati-
bus duodecim Apostolorum et eorum Octavis decem An-
nos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentissimam
Domino Relaxamus

L Nec non a Domino Deo et Salvatore Nostro Je-
su Christo in Cuius Nomine nostra Lateranensis Ecclesia
fuit primo consecrata, et sub utriusque Joannis Nomi-
ne insignita eisdem juxta subsidij quantitatem et de-
votionis affectum suorum Remissionem omnium pecca-

torum, animarumque suarum salutem misericorditer consequi, Indulgentiarumque Ecclesie Lateranensis per Summos Romanos Pontifices concessarum iuxta formam et Exemplum Nostrarum Privilegiorum participes esse significamus.

Concessio etiam omnium Indulgentiarum quibus gaudet, et utitur eadem Lateranensis Ecclesia.

II **Nec non** omnes et singulos contra nostras presentes litteras auctoritate Sedis Apostolicę concessas Venientes sententię Excommunicationis alijque Censuris Ecclesiasticis subiacere innotescimus, Neque se divino iudicio existere atque a Sacratissimo Corpore et Sanguine Redemptoris Nostri Iesu Christi alienos fore, atque in extremo examine districtę subiacere ultioni. **Cunctis** autem Ecclesie Vestre iura servantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi quatenus et hic fructus bonę actionis metat, et apud districtum Iudicem premium eternum sive eterne pacis inveniat Amen.

Nominantur pene contra quos hę litterę concessas Venientes

In quorum omnium, et premisorum fidei robur et testimonium presentes Camerariorum nostrorum Canonicorum manibus subscriptas, ac Nostri Secretarij Manu Notatas Capitularisque Nostri sigilli impressione munitas fieri, tradique mandavimus.

Datum Laterani die 20 Aprilis 1518 Pontificatus Nostri in Xpo Patrij et Dni nostri Domini **Leonis PP X** divina Providentia Anno VI. =

Honorarius Riccius Canonicus et Camerarius Lateranensis.

Vincentius Pimpinellus Can.^{ic} et Cam.^{er} et Secretarius Camere Lateranensis

Juvenalis Canonicus et Secret.^{us} Lateranensis manu propria.

III **Quodque** ut eadem expositio subungebat memoratorum Privilegiorum et facultatum a Predecessoribus nostris facta concessio amplissime confirmata fuerit et Apostolicę firmitatis robore munita per S. M. **Clementem VII** per ejus litteras sub datum VI Calendas Decembrij Anni 1523. sui Pontificatus Anno primo seu alio veriori tempore tenoris sequentis.

Continuatio Brevij Anni Capituli de anno 1678 ubi explicatur confirmacionem primarij Brevij de anno 1518 mox absolutam factam fuisse per Papam Clem. VII.

Clemens Ep.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad Perpetuam rei Memoriam

Tenor supra enuntiatus

Bulle S. M. Clementij VIII.

expedita de Anno 1523.

per eum concessa a S. M. Memorij Leonis X.

A Rationi congruit et honestati convenit, ut ea que de Romani Pontificis gratia processerint, licet ejus superveniente obitu littere Apostolicę super illis confectę non fuerint suum sortiantur effectum.

B Dudum siquidem Fel. Record. **Leoni PP. X.** Pre-

Exposita Leoni Papę X. nos. decessori nostro pro parte Dilectorum Filiorum Mercato-
rum sicut donatio per-
petua a Mercatoribus facta,
quidem etiam concessa
per Capitulum et Canonicos
lateranenses et Indultorum
eius per Romanos Pontifices
Predecessores Nos-
tros et Sedem Apostolicam
ut asserunt concessam
per litteras de Anno
predicto 1518.

ram Italorum Municipat. in Civitate Ulybonen Com-
petua a Mercatoribus facta,
morantium exposito, quod alij Dilecti Filij Capitulum
et Canonici Ecclesię lateranens de Urbe Vigore Privilegiorum
Indultorum eius per Romanos Pontifices Predecessores No-
strorum et Sedem Apostolicam ut asserunt concessam
eisdem Mercatoribus tunc et pro tempore commoranti-
bus in dicta Civitate, ut in quodam fundo seu petro
terre sito extra et prope Muros dictę Civitatis ejusdem Ecle-
się, Capitulo, et Canonicis per tunc Mercatores prefatos dona-
tionis que dicitur inter vivos causa donato et concessio-
nem novam Ecclesiam, seu Capellam sub invocatio-
ne Beatę Marię de laureto cum Campanili, Campanis,
Cemeteryo, Fonte Capismali, et alijs Parochialibus insignijs
opportunijs fundare et construere, et in illa unam Confrater-
nitatem utriusque sexus, eisque Nationis Peritorum
instituere et Capellanos qui in ibi Missas et alia divi-
na officia celebrare, et eidem Confratribus tunc
et pro tempore existentibus Ecclesiastico Sacramen-
ta quecumque ministrare, nec non decedentium Con-
fratrum pro tempore Cadavera cum Cruce et Pom-
pa solemniter ad sepulturam deferre Diocesani loci, vel
eiusvis alterius licentia super eo minime requisita pos-
sint et valeant, dico possint ad eorum nutum ponere et amo-
vere et alia tunc expressa facere valeant, ac quod Ecclesia
seu Capella huiusmodi prefatę Canonici et Capitulo ac
Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat subje-
cta esset, et primarij Capituli ipsius Ecclesię seu Capelle con-

constituenda per quemcumque Presbyterum benedicti, ipsaque constituenda
Ecclesia per quemcumque Catholicum Antistitem gratiam et comu-
nionem Sancte Sedis Apostolicę habentem concessari possit, necnon
omnibus et singulis utriusque Sexus Christi Fidelibus pro constructio-
ne dictę Ecclesię manus adiutrices porrigentibus decem Annorum
et totidem quadragenarum, et fortasa alia tunc expressas Indulgen-
tię conceperant, et alia forsan fecerant prout in litteris pa-
tentibus seu alijs scripturis Cononicorum et Capituli hujusmo-
di desuper confectis plenius dicebatur contineri.

C Et cum pro parte Mercatorum predictorum eidem Pręde-
cessori humiliter supplicatum foret ut Concessioni et alijs premi-
is pro illorum subsistentia firmiori Robore Apostolicę Confirma-
tionis adijcere, aliasque desuper opportunę providere de
benignitate Apostolica dignaretur.

Predictarum litterarum,
omniumque in illis conten-
torum confirmatio, aliorum
que verum nova concessio
requiritur

D Idem Prędecessor attendens quod ad Romani Pontificis spe-
ctabat officium morum Prędecessorum inherendo vestigijs, que pro
Divini cultus augmento et animarum Xpi Fidelium salute
provide facta et gesta erant ut majorem obrinerent firmi-
tatem sui Pręsidij munimine roborare prout in Domino con-
spiciebat salubriter expedire, predictos Mercantes et eorum
quemlibet, a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, et Inter-
dicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris et penis a ju-
re vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus
quomodolibet innodati existebant ad effectum dumtaxat con-
sequendi. Infra scriptorum absolvi, et absolutos fore Censuris,
nec non litterarum seu scripturarum Capituli hujusmodi
Supplicationibus inclinatis sub datum Kalend. Martij
Pontificatus sui anno VI. Auctoritate Apostolica
concessionem, et alia singula premissa ac prout illa
concernebant omnia et singula in dictis litteris con-
tenta, et inde secuta quemcumque approbavit et
confirmavit, supplevitque omnes et singulos tam
juris quam facti defectus si qui forsan interve-
nissent in eisdem ac premissa perpetue firmitatis
Robore obtinere et inviolabiliter observari debe-
re decrevit.

Ratio per quam
Leo X. requisitum
precibus annuit.

Litterarum Capitu-
li predictarum Con-
cessio, approbatio et
confirmatio una cum
omnibus in illis con-
tentijs exprimuntur.

E Illaque omnia de Novo ac eidem Mercatoribus pro tempore

Ea omnia jam concessa
conceduntur deinceps cum
alijs proximjs que a
Capitulo in suis litteris
concessa non fuerant,
nec continebantur.

existentibus quod in dicta exigenda Capella, iive Eclesia tot, quot eis
videretur Capellanos ad eorum nutum ponere et amovere, et quoscum-
que utriusque Sexus Christi Fideles, qui in dicta Eclesia exigenda
sepeliri voluissent soluta in Parochiali Eclesia, cuius Parochia
ni forent portione per eligentem extra suam Parochiam
sepulturam solvi solita sepellire facere, et quascumque obla-
tiones Xri Fidelium nec non quascumque mobilia et immobi-
lia bona quacumque causa eidem Eclesie concessa et con-
cedenda in Eclesie, et Confraternitatis earumque utilitatem
et opportunitatem convertere, nec non quascumque Statuta
tam circa numerum Confratrum, et Cappellanos et divini
Cultus celebrationem, quam alia quascumque Eclesiam et Con-
fraternitatem huiusmodi ac illorum bona quomodolibet, nec non
alia conservationem, et felicem Statum Eclesie exigende
et Confraternitatis predictarum quomodolibet concernentia
licita et honesta facere ejusdem Diocesis loci vel cuius-
vis alterius licentia super eo minime requisita licite et
libere valerent concessit et indulxit.

Cum clausula subla-
ta et decreto irritanti

F Ac quod si per quoscumque tam Ordinarios quam delega-
ta et mixta auctoritate fungentes Iudices et alias personas ubi-
que judicari et decidi debeat sublata eis et cuilibet eorum qua-
vis alias judicandi facultate, nec non irritum et inane, si
secus super a quoquam qualvis auctoritate scienter vel ignoran-
ter contigerit attentari decrevit.

In contrarium
nil obstant

G Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus
Apostolicis, Privilegijs quoque et Indultis ac litteris Apostolicis
Majori quibusvis alijs Ecclesijs etiam Parochialibus Civitatis pre-
dictae et illorum Capitulis Spectoribus et Personis quomodoli-
bet forsan concessis approbatis, et innovatis quibus dictus **Leo**
Predecessor noster illorum tenores pro expressis habens, illis alijs
in suo Robore permansuris ea vice duntaxat quoad premissa
specialiter et expresse derogavit Ceterisque contrarijs non ob-
stantibus.

H Ne autem de abolutione approbatione replicatione
decreto concessione indulto et derogatione predictis pro eo

quod super illis dicitur **Leonis** Predecessoris ejusque superveniente obitu litterarum et confectarum non fuerunt valeat quomodolibet hesitare, ipsique Mercatores illarum fruantur effectu volumus et dicta Apostolica auctoritate decernimus quod absolutio approbatio Confirmatio Secretum Concessio Indultum et derogatio **Leonis** Predecessoris hujusmodi perinde a dicta die Quoddecima Kalend. Martij suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius **Leonis** Predecessoris sub ejusdem diei datum litterarum et confectarum fuissent prout superius enarratur, quodque presentem litterarum ad probandum plene absolutionem approbationem, Confirmationem, supplementationem, decretum, Concessionem Indultum et derogationem eorum Predecessoris hujusmodi ubique sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

I **Nulli** ergo hominum liceat paginam hanc nostre voluntatis, et Secreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli eius revereat incursum.

Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini **1523**. Sexto Kalend. Decembris Pontificatus Nostri Anno primo.

O **Cum** autem sicut in vestra expositione continebatur post diuturnum et laudabilem usum dicte Ecclesie, et Privilegiorum secundo de Anno 1651. casuali et irreparabili incendio prefata Ecclesia cum maximo utriusque Sexus Confratrum tripitia et meore devotata et consumpta remanserit, vos ab adeo lacrimabili eventum in majorem zelum excitati atque ad divini Cultus augmentum et Beatissime Virginis lauream majorem gloriam ardentius inflammati in prefato situ seu Fundo nobis donato Novam Ecclesiam ampliore et longe nobiliori structura ornata maximis expensis ab Italicorum Mercatorum inibi existentium preclara pietate certatim subministratis edificaveritis et de novo extruxeritis in eoque omni sacra et sumptuosa suppellectili instructa denovo cum majore ferveore et universali edificatione Divina officio aliisque sacra et pia ministeria cum sacramentorum administratione Deo et Beatissima Virgine favente juxta primęva laudabilia instituta exercere inceperitis.

Convalescit et expedio
Bulla Leonis X facta per
Clementem VIII. ut ea sortiantur effectus ac si expedita
fuisset suo debito die et Anno
in quo confectarum fuerit.

Reparavitur, et proseguitur tenor privilegiorum litterarum patentium Almi Capituli de Anno 1678 de quibus supra

Ubi memoratur incendium Ecclesie destructio, ejusque nova in eodem fundo reedificatio, et in ea divinarum officiorum cum alijs pijs ministerijs ita vnum institutio

nonum in preteritum non solutorum, et non petite in singulis decimo quin-
to Anno Renovationis, quam ex alia quacumque causa foras incursum
gratione remittimus, condonamus et in pristinum quo erat statum ple-
naria restituis, atque Concessionem soli et Ecclesie in ibi edificata
et facultatum exemptionum, ac privilegiorum omnium, que in pre-
teritis litteris a Nostri Predecessoribus sub die 20 Aprilis 1518 seu
alio veriori tempore a Sancte Memorie **Clemente VII** ut supra con-
firmatis, et in Nostro Archivio Lateranensi aservatis continentur
et explicantur in omnibus et per omnia confirmamus et approbamus
eisque inviolabilis Auctoritatis Apostolicę Nobis concessę Robur adji-
m.

S Et quatenus opus sit de Novo solum antedictum, Novam
Ecclesiam in eo edificatam, et facultates, exemptiones, et privilegia
omniacque alia in preteritis litteris Anni 1518 contenta Vobis et Succes-
soribus vestris in perpetuum omni qua possumus Auctoritate tri-
buimus, et concedimus sub omnimoda tamen jurisdictione pri-
vativa et Jubernio Sanctę Sedis Apostolicę et Nostre ac sub
directo Dominio Sacrosanctę Lateranensis Ecclesie et nostra
in cuius Recognitionem in singulis Annis proximi futuri tempore
ribus ad solutionem unius Medie libę Cere albe laborate in Urbe
Roma in manibus pro tempore existentis Camerarij nostri
faciendam, atque ad petendam et obtinendam a Nobis et
Successoribus Nostri in perpetuum in singulis decimo quinto An-
no incipiendo a die date litterarum hujusmodi earundem litte-
rarum et Concessionis Confirmationem prout in primę litteris
de Anno 1518 Vos et Successores vestros teneri volumus,
et mandamus, injuncto preterea Vobis et Successoribus vestris one-
re et precepto, ut statim ac post receptas has nostras litteras com-
mode fieri poterit insignia lapidea ejusdem Sacrosanctę no-
strę Lateranensis Ecclesie in prospectu vel super Janua memo-
ratę Ecclesie B. M. Virginis lauretanę a Vobis de Novo edifi-
cate quatenus hactenus apposita non sint apponere seu
apponi facere debeatis prout nos stricta apponi precipi-
mus et Mandamus.

Non obstantibus quibuscumque in Contrariam fa-
cientibus.

Adventus, situs, Ecclesie,
ac privilegiorum renovatio
illorum restitutio in pri-
stinum.

Predecessorum soli, Ecclesie ac
privilegiorum de Anno
1518. concessorum confir-
matorumque etiam per
Clementem VII. apostolicę
Concessio, confirmatio et
approbatio.

Eaque omnia iterum
atque iterum denuo conce-
duntur sed vero sub conditio-
ne ut in perpetuum
remaneant sub jurisdic-
tione Sanctę Sedis Apосто-
licę et predicti Capituli cum
eodem onere medie libę
Cere solvendę et obtinendę
in singulis XV annis pri-
vilegiorum Renovationem
eadem forma que in pri-
mę litteris continetur.

alio etiam onere
injuncto ponendi super
Janua Ecclesie insignia
lapidea Lateranensis Eccle-
sie ut ab Omnibus visa
sunt.

T In quorum fidem vobis, et testimonium has litteras presen-
tes, manibus Amorum Dnorum Camerariorum et Secretarij
Canonicorum nostrorum subscribi, sigillique Capitularij Magni
quo in talibus utimur, jussimus et fecimus appensione muniti.

Datum Rome apud Lateranum Anno Dni nri J. C. 1678.

Die 9. Januarij Pontificatus Sni in Xto Patrij et S. N. Innocentij
divina provid. Pope XI anno ejus 2^o.

Angely Parraccianij Sacror. Lateranen. Ecclesie Camerarij.

6 Cum autem sicut eadem expositio subungebat Sui Exponen-

tearum tenor Brevis Sanctiss. S. B. Bened. XIII.

tearum post fundatam et extractam supradictam Ecclesiam et Confraterni-
tatem respective erectam, dotatamque nonnullis Capellanis, omni-
bus et singulis privilegiis ipsi Confraternitati concessis, ut prefertur
pacifice gavisos fuerint, et pro tempore existentes, Sedis Apосто-

Nuncio, Apostolice in Portu-
gallie Regnis tamquam delega-
to Apostolice, a Confratri-
bus Italis fuisse recognito,
in supradictis, memoratis
nec dicto Confratris un-
quam ab Ordinariis Dige-
sanis molestatos fuisse.

lice in Portugallie et Algerbiorum Regnis Nuncios tamquam de-
legatos, Apostolice in eorum Judice, recognoverint, nec ab
Ordinariis Digezanis ullam molestiam passi fuerint, pre-
terquam a Ven. Fratre Moderno Patriarcha Alisbonen-
Occidentali, qui brevi tempore sui Pontificatus dicto Patriar-
chatus, et post ducentorum fere Annorum decursum ad
hanc pacificam possessionem subvertendam, ac ejusdem
Ecclesiam, illique aggregatas sue Ordinarie jurisdictioni
subiiciendam animum suum erexit dicti vero Exponen-
tes premissa quo firmiter subsistant, et serventur exa-
ctius Apostolice Confirmationis nostre patrocinio communi-
vi summo opere desiderant.

7 Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam

Et proinde Sni noster Bene-
dictus Papa de Consilio Sacre
Congregationis Concilij Trid.
in forma specifica approba-
vit et confirmavit tam
premissas litteras, Patentis
Capituli Lateranensis quam
suprad. litteras Apostolice
S. M. Leonis X. et
Clementis VII.

facere volentes, et eorum Personas a quibusvis Excommunicationis,
Suspensionis, et Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententijs, Cen-
suris, et Penis a jure vel ab homine quavis occasione, vel
causa laty, si quibus quomodolibet innodatę existant ad effe-
ctum presentium dumtaxat consequent. harum serie ab-
solventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eo-
rum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis in-
clinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. A. E.
Cardinalium Concilij Trident. interpretum Consilio,

et attenta Relatione Ven. Fratris Josephi Archiepiscopi Nicer. Nostri et Apo-
stolice Sedis in supradictis Regni Nuntij super premissis ad eandem Cardinales
transmissa, omnia et singula privilegia, que in litteris premissis continen-
tur, ipsaque litteras premissas auctoritate Apostolica tenere presentium
approbamus et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicę firmitatis
vobis adijamur.

8 Decernentes easdem premissas litteras, semper firmas, vali-
das, et efficaces existere, et fore suoque plenarie, et integre effe-
ctus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro temporibus spe-
ctabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sique in
premissis per quoscumque Iudices Ordinarios et delegatos, etiam
Causarum Palatii Apostolice Auditores judicari, et definiiri de-
bere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis auct-
horitate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus
Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis nec non omnibus, et
singulis illis que in premissis litteris concessa sunt non obstante
ceterisque Contrariis quibuscumque.

Cum Clausula sublata
et Decreto irritanti

Datum Romę apud Sanctum Petrum sub
annulo Piscatorij die 26 Aprilis 1726 Pontificatus
Nostri Anno secundo **F. Cardinalis Oliverius**

Loco * Sigilli.

Super quibus Ego Notarius publicus Infrascriptus pre-
sens Transumptum confeci, et subscripsi, ut pariter valeat
ac si essent litterę originale. Datum Romę die et anno
supradictis presentibus Testis Et.

Repositus et termina-
tus extractio authentica
proprio Originali hujus
Brevi

Premissę litterę Apostolicę cum originali reverę
concordant.

J. B. Giganti pro Officiali deputato **P. Card.**
Pro = Datarius

Loco * Sigilli

Ita est D. Augustin. Rodriguez de Silva Not.
Apostolicus


Loco * Sigilli

Testor Ego Infrascriptus Canonice Lateranensis,
et Tabulario Prefectus presentis exemplum extractum fuisse
ex uno Originali Typis impresso existenti in Vobis

volumine signat. V. I. f. S. cum quo facta collatione. concor-
dare inveni. In quorum fidem ex Laterano hac die 24
Septembris 1785.

Antonius - Camillus Andosilla Canonicus La-
teranensis Tabulario Praefectus

In



Sigillo

